ſed plane feda a negocio pambulāte in te
nebris. Ve generationi huic a fermento
phariſeoꝝ. qđ eſt hypocriſis. ſi tamen hy
pocriſis dici debet: que iā latere p̄ abūdā
tia non valet. ꝛ p̄ impudentia non querit.
Serpit hodie putida tabes p omne corp⁹
eccl'ie. ꝛ quo latius: eo deſperati⁹: eoqꝫ pe
P riculoſius quo interi⁹. Nam ſi inſurgeret
aptus inimic⁹ heretic⁹: mitteret foras et
areſceret. ſi violent⁹ inimicus: abſcōderet
ſe forſitan ab eo. Nūc vero quē eiiciet: aut
a quo abſcondat ſe? Omnes amici: ꝛ omīs
inimici. omnes neceſſarij. ꝛ omnes aduerſa
rij. omnes domeſtici. ꝛ nulli pacifici. omīs
ꝓximi. ꝛ omnes q̄ ſua ſunt querētes. Mi
niſtri xp̄i ſunt: ꝛ ſeruiūt antichriſto. Ho
norati incedūt de bonis dn̄i: cui dn̄o ho
norē nō deferunt. Inde is q̄tidie vides
meretrice⁹ nitor. hiſtrionic⁹ habit⁹. regi⁹
apparat⁹. inde auꝝ in freniſ: in ſellis ꝛ cal
carib⁹. ꝛ plus calcaria q̄ȝ altaria fulgent.
Inde ſplēdide mēſe ꝛ cibis ꝛ ciphis. in
de comeſatiōes ꝛ ebrietates. inde cythara
ꝛ lyra ꝛ tybia. inde redundātia torcularia
ꝛ pmptuaria plena eructātia ex h̄ in illđ.
Iñ dolia pigmētaria. iñ referta marſupia
p hmōi volūt eſſe ꝛ ſūt eccl'iaꝝ p̄poſiti. de
cani. archidiaconi. ep̄i. archiep̄i. Nec ei h̄
merito cedunt: ſꝫ negocio illi qđ pambu
lat in tenebris. Olim p̄dictum eſt. ꝛ nunc
temp⁹ impletiōis aduenit. Ecce in pace
amaritudo mea amariſſima. Amara p̄us
in nece martiꝝ. amarior poſt in conflictu
hereticoꝝ. amariſſima nūc in morib⁹ do
meſticoꝝ. Nō fugare nō fugere eos poteſt
ita inualuerūt. ꝛ multiplicati ſunt ſup nu
meꝝ. Inteſtina ꝛ inſanabilis eſt plaga ec
cleſie. ꝛ iđ in pace amaritudo ei⁹ amariſſi
ma. Sꝫ in q̄ pace? Et pax eſt ꝛ nō eſt pax
Pax a paganis. ꝛ pax ab hereticis. ſꝫ nō
ꝓfecto a filijs. Vox plangētis in tp̄e iſto.
Filios enutriui ꝛ exaltaui. ip̄i aūt ſpreue
runt me. Spreuerūt ꝛ maculauerūt me
a turpi vita. a turpi queſtu. a turpi cōmer
cio. a negocio deniqꝫ pambulāte in tene
bris. Supeſt vt iā de medio fiat demoni
um meridianū ad ſeducēdos ſi q̄ in chri
ſto reſidui ſunt. adhuc pmanentes in ſim
plicitate ſua. Siquidē abſorbuit fluuios
ſapientiū ꝛ torrētes potētiū. ꝛ habꝫ fidu
ciam vt iordanis influat in os ei⁹. i. ſim
plices ꝛ humiles q̄ ſunt in eccl'ia. Ip̄e enī
eſt antichriſt⁹ q̄ ſe nō ſolū diē. ſꝫ ꝛ meridi
em mentiet. ꝛ extollet ſupra id qđ dicitur
aut qđ colit de⁹. quē dn̄s Ieſus interfici
et ſpū oris ſui: ꝛ deſtruet illuſtratōe aduē
tus ſui. vtpote ver⁹ ꝛ etern⁹ meridies ſpō
ſus ꝛ aduocat⁹ eccl'ie. q̄ eſt ſup omnia deus
benedict⁹ i ſecula Amen.

Sermo. xxxiiij.

SI ignoras te o Q
pulcra inter mulieres. egredere
ꝛ abi poſt greges ſodaliū tuorū
ꝛ paſce hedos tuos iuxta tabernacl'a pa
ſtoꝝ. Olim ſanct⁹ Moyſes qm̄ multū p̄
ſumebat de gr̄a ꝛ familiaritate quā inue
nerat apud deū: aſpirabat ad quandā vi
ſionē magnā. ita vt diceret deo. Si inue
ni gr̄am in oculis tuis: oñde mihi teip̄m.
Accepit aūt p ea viſionē longe inferiorez
ex qua tñ ad ip̄am quā volebat poſſet ali
quando puenire. Filij quoqꝫ Zebedei in
ſimplicitate cordis ſui ābulātes: magnū
aliq̄d ꝛ ip̄i auſi ſunt. ſꝫ ad gradū nihilomi
nus ſunt reducti p' quē fuerat aſcendēdū.
Ita ꝛ modo ſpōſa: qm̄ rē grandē poſtula
re videt: reprimit ſane auſteriori rn̄ſione.
ſed plane vtili ꝛ fideli. Oportet nāqꝫ hūi
liter ſentire de ſe intendentē ad altiora ne
dū ſupra ſe attollit. cadat a ſe: niſi in ſe fir
miter p verā humilitatē fuerit ſolidatus.
Et q̄ꝛ niſi humilitatꝭ merito maximo mi
nime obtinent. ppterea q̄ ꝓuehendus eſt
correptiōe humiliat. humilitate meretur.
Tu ḡ cū te humiliari viderꝭ: habeto id ſi R
gnum in bonū. omnino argumētū gratie
ꝓpinquātis. Nā ſicut ante ruinaꝫ exaltat
cor. ita ante exaltatōꝫ humiliatur. Sane
vtrūqꝫ legis. deū ſcꝫ et ſupbis reſiſtere. et
humilib⁹ dare gr̄am. Nōne deniqꝫ ſeruū
ſuū Iob. cū poſt inſignē triumphū: tātā
tam ꝓbatā ip̄i⁹ patientiā: larga remunerā
dā benedictiōe cenſeret. p̄us ꝛ in multis
ꝛ diſtrictis pcunctatiōib⁹ humiliare cura
uit. ꝛ ſic parare viā benedictiōi. At paruꝫ
eſt cū p ſeip̄m humiliat nos de⁹: ſi tunc li
benter accipimus: niſi qñ ꝛ p aliū h̄ facit:
ſapiam⁹ ſimiliter. Quāobrem accipite h⁹
rei mirabile documentū de ſancto dauid.
Aliquādo maledictū eſt illi: ꝛ a ſeruo. At
ille nec cumulatā iniuriā ſenſit quia p̄ſen
ſit gratiā. Quid mihi (ait) ꝛ vobis filij ſar
uie. O vere hoīeꝫ ſm cor dei q̄ ſe vlciſcēti



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-317/0119
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt